



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 9. De Minoribus ditionibus in Statum Pontificium insertis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

N V M. 8. De Duce, & Ducatu Ferrariensi.

PARS hæc Italiæ concessa fuerat summo Pontifici à Regibus Galliæ. Hanc tamen postea Imperatores receperant : nam Henricus III Imperator, sub initium vndecimi sæculi eam Comitissæ Mathildi filiæ Bonifacij Comitis Atestini concessit; hæc sanctæ Sedis reddidit, & à Pontificibus Rom. seruata est ad annum 1195. Exinde enim decertarunt inter se Pontifices & Principes Atestini de hæc ditione, quæ tandem anno 1332. Opizoni secundo relicta est, sicque perseverauit in ditione Atestinâ. Sub Alphonso I. quando Atestini Mutinâ expulsi sunt, & aliis locis, tamen constantissimè Ferraria seruata est. Demum Cæsar Atestinus filius Alphõsi tertij, hoc Ducatu cedere coactus est, Clemente VIII. cum occupante an. 1598. quoniam pater ex concubinâ susceptus credebatur. Sed possessiones hîc multas obtinuit, & quàm potuit honestissimis conditionibus cum summo Pontifice pactus est, qui in hoc negotium & arce Ferrariæ construendâ duos auri milliones dicitur impendisse. Familiæ Atestinæ stemma repetes ex num. 6. §.4. cap. 3. huius libri, vbi actum de Mutinensi ditione.

N V M. 9. De minoribus ditionibus in Statum Pontificium insertis.

DUCATVS CASTRENSIS, *Duché de Castro*, ditio perantiqua est Farnesiorum, quare hîc videtur Castrum Farnesium *Castel-Farnese* huius familiæ prima domus. Adnectitur ei & COMITATVS RONCILIONÆVS, *Comté de Ronciglion*, vbi Caprarola magnificum Ducis palatium, de quo in Geographicis. Et vtraque hæc ditio vnum agrum conficit, vulgò *Stato del Duca di Parma*.

MARCHIONATVS MONTENSIS, ex Montensium antiquâ familiâ, in Ducatum Vrbinatem inseritur, vt eius Dominus 15. millia annui redditus dicitur percipere.

MARCHIONATVS MELDOLÆ, cum Comitatu Sarsinensi in Romandioliâ iacet, non procul à Foro-Liuii *Forli*: in familiâ Aldobrandinorum est, & eius dominus 30. millia librarum quotannis recipit.

RESPUBLICA S. MARINI, vulgò *Respublichetta* Ducatu Vrbinate includitur: vnicam habet urbem cognominem, cum tribus aut

quatuor castellis & vicis. Montibus se tuentur eius agri indigenæ. Patronum suum vocabat olim Ducem Vrbinate, nunc Pontificem, & Remp. Venetam forem suam dicit.

§. 2. *Descriptio Geographica Pontificie ditionis.*

NVM. I. *De vrbe Roma.*

Hic non repetemus quæ in Veteri diximus, vbi attigimus longè plura quàm huius operis moles postulabat.

VII.	{ S. Petri in Vaticano : <i>S. Pierre.</i> S. Pauli via Ostiensi : <i>S. Pol.</i> S. Mariæ Maioris : <i>S. Marie Maiour.</i> S. Sebastiani : <i>S. Sebastien</i> , extra portam cognominem. S. Ioan. Lateranensis : <i>S. Iean de Latran.</i> } in mon- S. Crucis Hierosolymitanæ : <i>S. Croix</i> } te Cæ- de Ierusalem. } lio. S. Laurentij : <i>S. Laurens</i> , extra portā cognominem.
ECCLESIAE	
QVÆ RELI-	
GIONIS, &	
INDVL-	
GENTIA-	
RVM CAU-	
SA INVI-	
SVNTVR.	

HOSPI- TALES DOMVS variarum NATIO- NVM.	{ S. Ludouici : <i>Gallorum.</i> S. Iacobi : <i>Hispanorum.</i> S. Mariæ ab Animâ : <i>Germanorum.</i> S. Thomæ : <i>Anglorum.</i> S. Petri : <i>Hungarorum.</i> S. Birgittæ : <i>Suecorum.</i> S. Ioan. & S. Andreæ : 2. <i>Flandrorum.</i> S. Ioan. Baptistæ : <i>Florentinorum.</i> S. Ioan. Baptistæ ad Tiberim : <i>Genuensium.</i>
--	--

COLLE- GIA ROMA- NA NATIO- NVM.	{ Seminarium Romanum : <i>le College Romain.</i> Germanorum : <i>le Germanic.</i> Anglorum : <i>le College des Anglois.</i> Græcorum : <i>le College des Grecs.</i> Maronitarum : <i>le College des Maronites du Mont Li-</i> ban. Scotorum : <i>le College des Escossois.</i> Slauorum : <i>le College des Esclauons.</i>
--	---